



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 58. Sperellus Sperelli Cardinalis hoc anno mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. inter erat præcipuus Agriæ Episcopus
 A. C. 1710. qui læsæ Majestatis reus in Hungariæ
 Regno seditiosas turbas concitavit: quo-
 circa summus Pontifex Christiano Au-
 gusto Cardinali de Saxonia, & Hun-
 garicæ Primati die octava Novembris in
 mandatis dedit, ut in hunc Episco-
 pum aliosque Ecclesiasticos ejusdem
 criminis reos judicii acta instrueret
 eaque suo sigillo munita Romam trans-
 mitteret, simulque Episcopum Vane-
 dinensem, qui propria auctoritate pos-
 sessionem Ecclesiæ Agriensis occupa-
 verat, ad hanc Ecclesiam mox dimit-
 tendam, serio admoneret.

§. LVIII.

*Sperellus Sperelli Cardinalis
mortuus.*

Vit. Card.
t. I. p. 134.

Præter Turnonium Cardinalem, cu-
 jus obitum uberrimis lacrimis de-
 plorabat Pontifex, hoc item anno Sa-
 crum Purpuratorum Collegium lugebat
 jacturam Sperelli Cardinalis patriæ
 Assisiensis. Hic sub Patruï sui Fran-
 cisci Sperelli San - Severini Episcopi in
 pietatis ac literarum studio enutritus,
 in Perusino Collegio jurisprudentiæ lau-
 ream emeruit: inde ad alium Patrum
 suum Interamensem Episcopum pro-
 fectus, magnos in virtutibus, scientiisque pro-

progressus habuit: tandem Romam Sæc. XVIII.
 delatus, atque a Cardinale Lucca in A. C. 1710.
 Auditorem assumptus, Causidicum
 egit, auctaque eruditionis suæ fama
 ab Innocentio XI. Interamnensem Ee-
 clesiam Episcopus regendam obtinuit:
 paulopost tamen, cum tanti Præsulis
 præsentia oppido necessaria videretur,
 ab Innocentio XII. Romam revocatus,
 Vice - Gerens, atque S. Officii Assessor
 nominabatur, absdubio Romana etiam
 Purpura decorandus, nisi ejus æmuli
 illum per summam calumniam falso
 insimulassent, quod homicidii in Udal-
 ricum Flomonensem Comitem perpe-
 trati complex fuisset. Detecta autem
 ejus innocentia die vigesima quarta De-
 cembris anno evoluti sæculi nonagesi-
 mo nono Purpuratorum Collegio, plu-
 ribusque S. Congregationibus, & præ-
 cipuis Sedis Apostolicæ negotiis ad-
 movebatur: Ejus laudem haud parum
 auxit ipsius humilitas, qua Lucensem
 Episcopatum sibi a Clemente XI. obla-
 tum constanter recusabat, in publicis
 muneribus nunquam commodum ho-
 noremque suum, sed duntaxat Ecclesiæ
 utilitatem promovere intentus. Tan-
 dem Ecclesia Romana hujus Viri jactu-
 ram fecit, dum primum ejus merita
 sibi sat perspecta habere cæperat; Men-
 se enim Martio in malignam incidens
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. R fe-

Sæc. XVIII. febrin, die vigesima secunda ejusdem
 A. C. 1710. Mensis non sine maximo omnium luctu
 anno ætatis suæ septuagesimo primo
 vivis ereptus est.

§. LIX.

Marcelli Durazzo Cardinalis obitus

Sequentis Mensis die vigesima septima
 Faventiæ decessit Marcellus Durazzo
 patria Genuensis, qui Perusii in
 utriusque Jurisprudentiæ studio ex-
 mios Doctorum honores promeritus Ro-
 mam venit, ubi ab Alexandro VII.
 Proto - Notarius Apostolicus, Bono-
 niensis Pro - Legatus, plurimumque Ur-
 bium Gubernator, Lauretanæ Domus
 Visitator, ac demum Avenionensis Le-
 gatus renuntiabatur, in qua legatione
 tanta usus est prudentia, ut ferventibus
 licet Papam inter & Galliæ Regem dis-
 fidiis amplissimam tamen utriusque
 partis existimationem sibi compararet
 quocirca a Clemente X. Chalcedonensis
 Archiepiscopus in Lusitaniam Nuntius
 Apostolicus decernebatur, ubi suæ in-
 tegræ, magnanimitatisque tot lo-
 culenta edidit specimina, ut a Rege
 ad pinquissimam Eborensem Ecclesiam
 Archiepiscopalem unacum annua duo-
 rum millium aureorum pensione nomi-
 naretur, utrumque tamen ipse gene-